

vsui discentium et methodi parum peritorum destinatis
a summo demonstrandi rigore satius abstineri.

CAPVT VII.

De ortu et progressu Iurisprudentiae naturalis.

CCXLVII Legum naturalium cognitio ab ipsis mundi incunabilis est repetenda: siquidem cum ADAMO ortae sunt communis iuste honesteque viuendi notitiae.

CCXLVIII. Qua ratione vero et a quibus viris I. inter varias gentes exculta fuerit, tum II Philosophica methodo vna cum Ethica tractari, tandem vero III. in peculiarem redigi disciplinam coeperit, id nos docet historia iuris naturalis.

CCXLIX. Hanc quidem expenderunt plures, sed a sacris nostris tantum non omnes alieni, qui porro proprie infernientes sectae extra rhombum vagantur, et scommata in Catholicos passim inspergunt.

CCL Prima vero huius iuris cordibus nostris inscripti tradendi ratio a peculiari ipsius *supremi Numinis revelatione* recte accessiri potest. *Ecclesiast. VII. v. 1. seqq.*

CCLI. Quae dein *parentum traditionibus* per SE-THI posteros vsque ad NOACHUM constanter tradita est

CCLII Huic post diluuium naturalium legum compendium in *septem praeceptis* datum gratis venditant Rabbinii.

CCLIII. Ast non minorem ideo legum naturalium curam adhuc buerunt SEMI descendentes, vti ABRAHAMUS, ISAACUS, IACOBUS, IOSEPHUS, a parentum sim lac ipsius aeternae veritatis ore instructi.

CCLIV. IOBUM quoque, licet extra familiam
D 4 Ifrae-

Israelis positum, leges naturales optime intellexisse, immo melius, quam ex Noachidarum praeceptis, ex eius libro systema redigi posse non dubitamus.

CCLV. Antiquara vero inde natura dogmata Deus ipsemet, MOYSIS vsus ministerio, in populi electi cordibus per *Decalogum* renouauit

CCLVI. Ea latius explicarunt PROPHETAE, alique viri sapientes, inter quos eminuit SALOMOM, boni malique discrimen ab Auctore naturae luculentissime edoctus.

CCLVII. Deficientibus autem Prophetis SACERDOTES, SCRIBAE, et PHARISAEI cuncta Iuris naturalis principia inanibus subtilitatibus corruerunt.

CCLVIII. Interea inter gentes, quae legem scriptam non habebant, ea, quae legis naturae sunt, saepe facta fuisse nouimus: et de CHALDEIS quidem illud saltem certo constat, eos veri Numinis cultum *symbolica Methodo* ad filios transmisisse.

CCLIX. AEGYPTII porro non pauca Iuris naturae praecepta *legibus civilibus* inculcarunt: etsi in turpes quandoque errores sint prolapsi illorum SACERDOTES potissimum.

CCLX. Ab Aegyptiis sua verosimilius sumserunt AETHIOPEs propter summam aequitatem celebres, quam itidem *Aenigmatibus ac Symbolis* docuerunt.

CCLXI. PERSAE in multis quidem hallucinati sunt, non penitus tamen Iuris N. rudes illorum MAGI exstiterunt.

CCLXII. Magnam quoque sapientiae famam consecuti sunt INDORUM BRACHMANES seu GYM-NOSOPHISTAE, sed speciosae erant illorum virtutes, nec mores semper rectae rationi conformes, quo pertinet licita apud illos Autochiria

CCLXIII. *Poetica suauitate et apophthegmatibus* suas morum doctrinas propagarunt VETERES ARABES,

BES, Reginae SABAE ac MAGORUM ad Bethlemiticum praesepe venientium historiis illustres.

CCLXIV. Potissimum autem animi candore inclaruerunt SCYTHAE HYPERBOREI, quorum iustitia velut innatum ac *gentile patriae insigne* a scriptoribus celebratur.

CCLXV. Distinguuntur ab iis CELTOSCYTHAE, apud quos DRUIDAE moralem exercebant disciplinam, variis autem fraudibus ac impiis opinionibus corruptam.

CCLXVI. Idem erat Druidum apud GERMANOS aliosque Aquilonares populos munus, qui propter naturalium legum observantiam praeclara Taciti elogia promeriti sunt.

CCLXVII. Omnes vero has barbaras nationes superasse a plerisque crediti sunt SINENSES, ex quo CONFUCII libri ante duo millia, et quod excurrit, annorum scripti, in Europa apparuerunt; pulchrum sane fuerat illius iustitiae principium: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

CCLXVIII. Moralis doctrinae semina a Barbaris acceperunt GRAECI, per vetustissimos inde *Legislatores Poetasque apologorum dulcedine, fabulosis carminibus et musica harmonia* magis magisque propagata, donec in turpem idololatriam abiuerunt.

CCLXIX. Et multorum quidem iudicio HESIODI poema *opera et dies*, ut perfectum Ethices opus laudatur, est genuina ibi iuris naturalis principia haud inculcari, lector praepiudiciis vacuus facilo animadvertet.

CCLXX. Melius de HOMERI *Iliade et Odyssaea* iudicium ferri potest: illis tamen non assentimur, qui amplissimam inde iustitiae messem colligi posse traderunt.

CCLXXI. Hos secuti sunt SEPTEM SAPIENTES, a dictorum moralium acumine potissimum hoc nomine

mine ornati: nec immerito, siquidem et nostris temporibus unicum THALETIS symbolum: *γνωδι σεαυτον, noice te ipsum*, commodissimum Iuris prudentiae naturalis principium cuiquam est visum.

CCLXXII. Ad eandem aetatem referendus est AESOPUS, *fabulis* commendandae iustitiae aptissimis clarus.

CCLXXIII. Nec defuere interea in inferiori Italia iustitiae praecones, postquam PYTHAGORAS, Samo Crotonam delatus, primus, teste Aristotele, philosophiam moralem excoluit.

CCLXXIV. Quod Pythagoras in inferiori Italia, idem praestitit in Graecia praestantissimus morum magister SOCRATES, philosophia a rebus naturalibus ad communem vitam adducta

CCLXXV. Nec suis fraudandi sunt laudibus ANTI-
STHENIS PLATONISque, tum ACADGMICAE
STOICAEque scholae labores: quamvis et isti egregias
doctorinas crassis aberrationibus coinquinarint.

CCLXXVI. Ast longe peior fuit Epicureorum
grex; quicumque enim illorum doctrinis statui sensus
velit, id firmum manet, EPICURUM Ius Naturae re
ipsa fuisse, dum, negata Dei providentia, leges ex
sola imaginaria hominum utilitate derivavit.

CCLXXVII. Prodiere ex Stoicorum secta plerique
ICTI ROMANI, in quorum non minus, quam in
CICERONIS liberis *de Officiis* aequitas naturalis ubi-
que clucet

CCLXXVIII. Tandem grassantem adhuc super vni-
versum terrarum orbem ignorantiam dispulit DIUINI
SALUATORIS adventus, ac labefactatum rationis lu-
men sanctissimis praeceptis illustravit.

CCLXXIX. Christum imitati postea primi FCCI.E-
STIAE PATRES, sacram scripturam cum rationis prin-
cipiis coniunxerunt, quam meth dum mores emen-
dandi,

dandi, qui confusionem vocant, nec temporum illorum habent rationem, et insanum calumniandi prurium produunt.

CCLXXX. Quaesivere plures laureolam in eo muſtaceo, ut doctrinam Patrum venuti falsis refertam ſententiis exagitarent: nos quidem humanum nihil ab illis alienum putamus plerosque tamen, qui illis obſciuntur, errores impudenter et ma a fide adfectos eſſe, ma- niſteſſimum eſt.

CCLXXXI Simili maledicendi rabie eos deliraſſe oportet, qui inſignia DOCTORUM SCHOLASTICORUM in Iuri prudentia Naturali merita deprimere ſtuduerunt, quod vel collato D. THOMAE L. I. *Eth. Lect.* cum THOMASII *historia I. N. C.* 4 §. 30 ap- paret

CCLXXXII. Quare miſſis nugis, ſalebris, glandibusque, quod temporis etiam fuerat vitium, optimas fruges in illis inueniri, et res ipſa loquitur, et viri in hac ſcientia principes luculenter experti ſunt.

CCLXXVIII Fruſtra quoque in medium proferuntur errantes multorum ex iis opiniones, quaſi Iuris naturae ſcientiae plurimum offeſſent; has enim ſtatim diris deuouit Eccleſia, quo freno contra huiusmodi ſententiarum monſtra ſectarii ſemper inter ſuos caruerunt,

CCLXXXIV. In ſpecie vero multum promerit ſunt de I. N. diſciplina non modo FRANCISCUS VICTORIA, OLDENDORPIUS, ALBERIC. GENTILIS, ſed etiam, quem omnes Hiſtoriae Iuris naturae ſcriptures ſilent, RAIMUNDUS DE SABUNDE in *Lib. de Nat. hominis* ſub initium ſaeculi XV. edito; et ex proteſtantibus HEMMINCIUS, WINKELERUSque.

CCLXXXV. Hos tamen longe poſt ſe reliquit HUGO GROTIUS compoſitis, editisque *Parif. A. 1625.* *Libriſtribus de Iuri Belli et Pacis*, cuius operis auctor

tor

tor suae orae ipsi fuerat PEIRESCIUS Galliarum Regis minister.

CCLXXXVI. Atque ex his euidenter colligitur, Pythagoraeorum ac recentiorum Platoniorum vestigia legere illos, qui a suo, nescio cuius, reformationis Auctore, ut lumina omnia, ita primam iurisprudentiae naturalis culturam repetere perfricta fronte sustinent; quid enim a naturae legibus magis abhorret, quam vota sua non reddere Domino, liberumque hominis arbitrium eliminare?

CCLXXXVII. Eximium Grotii opus alii *Commentariis Notisque* illustrare, alii in *Epitomen* redigere, alii in suas linguas vertere studuerunt; nemo tamen a carpendo abstinuit. Mirari porro licet altum illorum supercilium, qui *Romanae Censurae* iudicium aegre ferunt, paucas solummodo male sanas propositiones respiciens.

CCLXXXVIII. Grotii aemulatione excitatus SELDENUS Anno 1640 *Ius naturae ex septem Noachidarum praeceptis*, summa licet eruditione, incassum tamen conatus est adstruere.

CCLXXXIX. Multo magis quidem cohaerent HOBBSII *Elementa philosophica de ciue*, biennio post, anno scilicet 1642 *Parisiis* edita. Quum tamen falsis nitantur principiis, ita et non paucae conclusiones inde desumptae eiusdem sunt farinae.

CCXC. Merito itaque in Hobbesii paradoxa plures calamum strinxerunt, omnium vero optime, et magna ingenii vi RICH. CUMBERLANDUS illius errores labefactavit; luculenta tamen ac inuoluta vsus oratione, et incongruis saepe argumentis.

CCXCI. Praeclaras iudicii et eruditionis dotes, domesticaeque argumenta attulit ad hanc scientiam SAM. PUFFENDORFIUS, cuius opus de *I. N. et Gent* anno 1672. Londini Scanonum, huius vero compendium anno sequenti in lucem prodit. Ut tamen heterodoxas
illius

illius opiniones, tum multos alios a suis etiam reprehensos et obuios naeuos praetereamus, id tantum observamus, multa illum a Scholasticis, quos tamen ubique illiberaliter cotemnit, esse mutatum.

CCXCII. Plures nactus est rusticos atque indoctos aduersarios Puffendorfius; illos vero tam acerbo excipit stylo, vt teste Thomasio in *Historia Iuris Nat.* fieri non posse videretur, vt homo anima rationali praeditus tantopere insaniret.

CCXCIII Puffendorfo adhaesit THOMASIVS in *Institutionibus Iurisprudentiae diuinae* A. 1688 editis, quas tamen postea destruxit in *fundamentis Iuris naturae* et regulas *prii, iusti, honesti et decori* surrogauit; vir doctrinae laude insignis, sed alias inconstantissimus, dicacitate, satyra, maledicendique arte nulli secundus, et laruas vbique sibi fingens.

CCXCIV. Puffendorfum et Thomasium secuti sunt inde plerique I. N. cultores; et quidam priorem notis declararunt, quidam ambos in suos liberos digesserunt, alii vero et noua systemata elaborarunt. Inter haec GUNDLINGII, HEINECCII, et GLAFUSII libri non extremum obtinent locum.

CCXCV. Magno vero applausu eruditi exceperunt duo illa systemata; unum, quo CEL. WOLFIUS tum in magno opere VIII *Tom in 4to* tum in huius Epitome omnia hominis officia, methodo vere scientifica, et Pythagorae iam commendata, deduxit, plures nactus asseclas; alterum, quo SAM. L. B. DE COCCEII Ius naturale cum romano coniunxit, hocque ex illo mirifice confirmauit.

CCXCVI Est sane methodus a Wolfio introducta, ad eruendas, et confirmandas veritates morales aptissima; quemadmodum KOLLERI et DARIESI insignes elucubrations, tum editi a SCHIERSCAMIDIO, ACHENWALLIO, NETTELBLADTIO alique libelli satis docent. Mirum porro non est, eam metho-

metho-

methodum Germaniae scholas tantum non omnes breuiter occupasse et in dies magis dilatari.

CCXCVII Gallorum in iure naturali studia non modo Grotii et Hobbesii libri, Parisiis primum vulgati, tum repetitae Gallicarum versionum Grotii, Puffendorfi et Cumberlandi editiones, sed etiam DOMATI labores, laudes BURLAMAQUIO in gallicis diurnis eruditorum merito tributae, recens denique liber, cui titulus: *Essai sur les principes du droit et de la morale par Mr d' AUBE*, satis testantur.

CCXCVIII. Opus vero de legum causis quod attinet, a Ce. MONTESQUIO vulgatum, eam praecipue Iurisprudentiae naturalis partem complectitur, quam priuatam uniuersalem supra vocauimus. Plures tamen auctori doctissimo naeuos excidisse, non ab vno, aut vnus sectae viro ostentum est.

CCXCIX Vidit et Russia STRUBII I N. systema: nec suis caruit Italia iurisprudentiae naturalis cultoribus, uti vel ex Heineccii elementis I N. ibidem recitis, tum ex P. ANSALDI, ANTON. GENUENSIS, vtriusque Dau. et Nic. CONCINAE aliisque operibus adparet.

CCC. Atque iam pridem in Academiis nostris *Friburgensi* et *Oenipontana* tradita fuerat Iurisprudentia naturalis, quod postea etiam in *Pragensi*, tum in hac *Vindobonensi* An. 1754 publice fieri coepit.

CCCI Nec defuerunt et praeclarae huic arti tam vetere quam nostro aeuo sui osores, sui que corruptores. Ceterum promissas a Triumuiris in Republica literaria celeberrimis vltiores iuris naturae meditationes frustra praestolati sumus.